

cum, qui in fine hujus Insulae vicinam Parochiam Canisae habet, ob eandemque causam non in tantum propter suos parochianos, quantum propter Canisienses Transmuranos Sacramenta quandoque Hungarico Idiomate administrat, Verbumque Dei praedicat; Meque in Parochia mea nullum poenitentem habere Hungarum, solaque lingua Croatica Poenitentiae Sacramentum et Matrimonii administrare ac Verbum Dei Populo meo praedicare; meque ipsum esse Croatam. Et in fidem subscripsi ac Sigillo meo communivi. Datum in Curia mea Parochiali Die 14. Mensis Decembris 1701.

Stephanus Tatarics, Vice-Archidiaconus Insulanus et Rector Ecclesiae Parochialis Sancti Michaelis Archangeli m. p.

(L. S.)

Ego Nicolaus Graczky, parochialis Ecclesiae Beatissimae Virginis Mariae in Coelos Assumptae in Bellicza fundatae Rector, Dioecesis Zagrabiensis, in Districtu Insulae intra Dravum et Muram existentis, testor: me in Parochia mea nullum habere poenitentem Hungarum, solaque lingua Croatica Sacramenta poenitentiae et Matrimonii &c. administrare, et Verbum Dei populo meo praedicare, meque ipsum esse Croatam. Et in fidem subscripsi ac Sigillo meo communivi. In Curia mea Parochiali die 14. Mensis Decembris 1701.

Nicolaus Graczky Rector Ecclesiae Parochialis Beatissimae Virginis Mariae in Coelos Assumptae in Bellicza fundatae m. p.

(L. S.)

Ego Casparus Koczian, Parochialis Ecclesiae Beatissimae V. Mariae Natae in Possessione Szoboticza fundatae Rector, Dioecesis Zagrabiensis, in districtu Insulae intra Dravum et Muram existentis, testor: me in Parochia mea nullum habere poenitentem Hungarum, solaque lingua Croatica Sacramenta Poenitentiae et Matrimonii &c. administrare, et Verbum Dei Populo meo praedicare, meque ipsum esse Croatam. Et in fidem scripsi ac Sigillo meo communivi, in Curia mea Parochiali Die 14. Mensis Decembris Anno 1701.

Casparus Koczian, Rector Ecclesiae Parochialis B. V. Mariae Natae in Possessione Szoboticza fundatae m. p.

(L. S.)

Ego Daniel Lengyel, Parochialis Ecclesiae S. Georgii M. et M. in Spinis fundatae Rector, Dioecesis Zagrabiensis, in Districtu Insulae intra Dravum et Muram existentis, testor: me in Parochia mea nullum habere poenitentem Ungarum solaque lingua Croatica Sacramenta poenitentiae et Matrimonii &c. administrare, et Verbum Divinum populo meo praedicare, me vero esse Ungarum. Et in fidem subscripsi ac Sigillo meo communivi, in Curia mea Parochiali Die 14. Decembris Anno 1701.

Daniel Lengyel, Rector Ecclesiae S. Georgii M. et M. in Spinis fundatae m. p.

(L. S.)